Misc. & incorporentur pro Emplastro, ponaturque super pectus: Optimè enim divertit materiam ad pectus, & est experimentum nobilissimum.

SECTIO XXXI.

De PESSIS.

PESSUS APERIENS CONTRA menses suppressos.

℞. *Rad. Artemisiæ rub.*
Dictatam. alb.
Asari
Hellebori alb.
Rubiæ tinct. ana Drach. ij.
Scammonii
Majoranæ
Sabinæ
Croci orient. ana Drach. j.
Bac. Lauri excort.
Myrrhæ rub.
Castorei veri
Sagapeni
Aloes epat. ana Scr. j.
Sem. Stapid. agriæ
Nigellæ
Nasturtii
Rutæ ana Drach. s.

HÆc omnia incorporentur cum succo Artemisiæ rub. vel Terebinth. & f. pessi ad longitudinem

medii digiti, crassitudine digiti unius; intér incorporandum ad medium longitudinis involvatur filum, cujus extremitas maneat, excedat ad palmam unam, ad extrahendum; aut pulvis ponatur in sacculo, confecto ex panno raro, addito pauco bombace: Fiat ad crassitudinem digiti majoris, indaturque.

PESSUS ADSTRINGENS CONTRA uteri hæmorrhagiam.

℞.	*Farin. volat. molend.*	Unc. s.
	Rad. Tormentillæ	
	Bistortæ	ana Drach. j.
	Cinér. Ranarum	
	Croci Martis	
	Gallarum Turc.	
	Sang. Dracon.	
	Boli Armeni	
	Corn. Cervi usti	ana Drach. j.
	Hypocistidis	
	Rosarum rub.	
	Balaustiarum	
	Acatiæ	
	Olibani	
	Mastichis	ana Drach.

Misc. & cum succo plantaginis & albumine ovorum f. l. a. Pessi, qui in mulieris pudendum inferantur.

PESSUS CONTRA SUFFOCATIONEM & præcipitationem uteri.

℞.	*Rad. Ireos florent.*	
	Rosarum rub.	ana Drach. iij.
	Styracis cal.	
	Bentzoin.	ana Drach. js.

Caryo-

Caryophillorum
Spicæ Indicæ
Galliæ Moschat. ana Scr. j.

Misc. & fiat l. a. Pessus ad formam suppositorii, qui filo obligatus, noctu subjiciatur.

SI MULIER PROPTER PINGVEDINEM vel humiditatem est sterilis, valet sequens pessus.

℞. *Sem. Lolii, quod in frumento vel siligine reperiri solet,* Unc. s.
Coag. Leporis
Aluminis usti
Castorei
Styrac. liquid. ana Drach. ij.
Myrrhæ rub.
Opopanacis
Galbani
Piperis rot ana Drach. j.
Moschi & Ambræ ana Scr. s.

Optimè simul incorporentur & f. duo pessi horumque unum mulier teneat in Vulva à meridie usque ad vesperam.

ANNOTATIO.

1. Si post pessos acutos, dolor relinquatur in vulva, statim submittatur licinium cum ol. Violarum, quod etiam potest distemperari cum mucilagine psyllii, ne fiat exulceratio.

2. Si sunt fortes, non retineat eos ultra horam, debiliores verò, per integram noctem.

3. Pessi communiter post Balneum sunt immittendi, quemadmodum licinia per lanam involuta, & succis madefacta.